Pondo Neutrum eſt.

Fœminina ſunt: *caro, halo, communio, conſortio, cõditio, ditio, perduellio, portio, talio, echo.*

Vnio pro margarita Maſculinum eſt.

Regula quinta.

In U, C, T, AL & EL Neutra ſunt. *ut, cornu, lac, halec, caput, animal, mel, fel.*

Excipe *Sal* quod Maſculinum eſt.

Priſcis Neutrum fuit.

Regula Sexta.

In IL OL & UL Maſculina ſunt: *ut, vigil, Sol, exul.*

Excipe *Sil, nihil & nîl* Neutra ſunt:

Regula Septima.

In AN IN & ON Maſculina ſunt: *ut, Pæan, delphin, canon.*

Excipiuntur:

Aëdon, halcyon, icon, ſindon Fœminina ſunt.

In ON ſecundæ Declinationis, quæ Latinè UM habent, Neutra ſunt: *ut, Ilion, Ilium.*

Regula Octava.

In EN Neutra ſunt: *ut, flumen, flamen.*

Excipiuntur Maſculina:

Ren, ſplen, lien, hymen, lichen, attagen, pecten.

Regula Nona.

In AR & UR Neutra ſunt: *ut, par, ebur.*